

Liber

Prospicitas stultorum perdet illos. non sane ob aliud nisi quoniam male securus reddat. Cum autem dixerit par et securitas. tunc subitaneus supervenit et eis interit. Ibi calcaria mime habent neque flagella. vel aliud huiusmodi: sed pro his utuntur conopeo ad faciendam umbram. et flabello ad citandum ventum. Porro conopeum dissimulatio est umbram faciens et protegens ab estu curarum. Proprium namque est mollis et delicate anime. etiam necessarias dissimulare curas: et ne estuantes sollicitudines sentiat. sub latibulo dissimulatio abscondi. Flabellum vero effusio est. ventum adulationis apportans. Lari enim sunt luxuriosi emetes auro ventum. de ore adulatores. et de hoc satis. Jam vero avaricia rotis et ipsa velitur quatuor vicio. que sunt. pusillanimitas. inhumanitas. contemptus dei. mortis oblitio. Porro iumenta trahentia: tenacitas. et rapacitas. et his unus auriga ambobus prestat. habendi ardor. Sola siquidem avaricia quoniam adducere plures non patitur: vno contenta est fuitore. Ipe vero iniuncti operis promptus admodum atque infatigabilis executor: in urgendis sane iumentis trahentibus. flagris vititur acerrimis libidine adquirendi. et metu amittendi. Sunt et alii principes regis egypti. habentes et ipsi currus suos in expeditione domini sui: sicut superbia que unus de maioribus est principibus

sic inimica fidei impletas: magna et ipse tenens locum in domo et regno pharaonis. Et multi adhuc alii inferioris ordinis satrape et eques. quorum non est numerus in pharaonis exercitu. In istorum itaque principum fortitudine. currumque suorum inuisibilis pharao ubique discurrens. in omnem familiam domini. quibus potest viribus more tyrannico debachatur. In his etiam diebus exantem israel de egypto. insequitur. At ille vero nec subiectus curribus. nec preceus armis: nihilominus tamen sola domini confortatus manu. secure decantat. **C**atemus domino gloriose enim honorificatus est: equum et ascensorem piecit in mare. Ite isti in curribus et hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri invocabimus.

Ca. iiii de diversis vicis

lingue In sermone de apostolis petro et paulo Sancti isti.

Ventilis et volatilis res. verbum hominis: nullius more. nullius poteris. nullus prece nullius soliditat. Meret verberat. unde et verbum dicitur: et sicut folium quod vento rapitur effluit. et non est qui consideret. Quis numeret quantas modicum lingue membrum contrahat sorde. quod multiplex in labijs incircumcis immundicia coagulat: quod sit gravis pnicies oris incircumpectus. Est enim lingua indissoluta in sermonibus ociosis. Est lingua impudica. est et magniloqua